



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Qvae Poenitentia Peccatorvm Sev Conciones De Prodigi Evangelici Reditv
Ad Patrem

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1615

2. Quod ob pulcherrimas rationes, de panibus ibi agatur, in plurali numero.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55940)

nem; panis, per anticipationem ibi dictus est, quasi comedes herbas terræ, & tamen pro illis sudandum erit. Sic igitur dicere possumus, Prodigum intelligere suum abundat panibus, vt significet mercenarios patris sui, victum & necessaria habere copiose, iuxta qualitatem suam; & sic nihil paruum dicit de felicitate ipsorum, respectu suæ infelicitatis.

II.

Quod ob pulcherrimas rationes de panibus ibi agatur in plurali numero.

Sed cum per panes intelligamus, quicquid humanæ vitæ necessarium est: non sufficeret dicere abundat pane, sed abundat panibus. Græcus habet *ἄριστος ἄριστος* ἀριστος, panibus circumfluunt vertit Castaleon: scilicet vt tenendere possint. Sed cur tam speciatim dicit, abundat panibus. Credo plurali isto numero aliquid amplius, tam secundum litteram & historiam, quam secundum mysterium significari. Iuxta litteram indicare voluit, non tantum simpliciter necessaria, sed etiam quædam superflua, ad voluptatem fuisse ministrata: Quamuis enim vulgo vereq; dicatur, quod copia ingrata sit, id tamen intelligendum magis quoad excessum in vsu, quam in vtendi potestate. Edere, aut bibere nimium largiter, insuaue est; *copiaq; ipsa nocet*: iucundum tamen habere copiam; ac si velis ea vtī, posse: si nolis, desinere. Atque ideo Dominus noster, cum miraculose panes suos ad pascēda tot millia multiplicaret, quamuis eos non intenderet nimium opplere, multiplicauit tamen ita vt 12. cophini fragmentorum, & micarum superessent. Et hoc vnum.

*Ouid. lib. 5.
Fast.*

Secundo. Forte dicit panibus, vt subindicet diuersos à patre datos fuisse panes; secundum diuersos mercenariorum ordines, vnicuique secundum suum gradum; omnibus tamen & singulis abundantem. Aliis panem atrum, aliis primarium, aliis secundarium, aliis bis coctum, aliis frumentarium, aliis hordeaceum, aliis siliginem, &c. Aliis recentem, aliis

alius hesternum, &c. Nostis enim plures esse inter se
 diuersas panum species, ac differre materia: qualiter
triticus, similagineus, hordeaceus, astriarius, fermentatus
 &c. Aut præparationem ex eadem materia: alius cu-
 polline, alius admisto furfure, alius cribratus, aut
 mixtus. Aut temperamento vt fermentatus, azymus
 Aut coquendi modo. Hinc *furnaceus, atropticus*, vt
 vt Helix, *subcinereus*. Alius in ferrea coctus iamina
 quem Scotos ad bellum euntes parare paulo ante dixi
 alias aliter, vt crustula, libaque Hannonica. Aut fine:
 hic enim præfenti conficitur necessitati, vt panis coti-
 narius; ille futuræ vt *biscoctus*, ille voluptati vt *anale-
 gani*. Vel duratione. Hic enim recens, ille hesternus, al-
 ius septimanarius &c. Tot panum species, in domo
 patris nostri Prodigii, pro mercenariis, vt nihil vici
 possit desiderari: tanta copia, tanta varietas, vt quasi
 optione sua torquerentur: cum contra Prodigus nec
 secundarium haberet, nec hordeaceum, nec fermenta-
 tum, nec azymum, nec mucidum: sed cantaret ego
 autem hic fame pereo. O quanta diuersitas sustentatio-
 nis, hominum non eiusdem gradus!

*Alia panis
 genera vi-
 de apud Pli-
 nium lib. 8.
 cap. 11.*

Quantum vero ad sensum mysticum, opinor dictum
 panibus, non tantum pane: vel propter duas quibus
 homo constat partes, corpus scilicet & animam.

Vel propter duos eiusdem hominis status, viatoris
 scilicet in hac vita, & comprehensoris in æterna.

Vel propter duo quibus viatores in hoc mundo
 substant tempora: serenum scilicet & pluuium, & pau-
 spera & aduersa.

Vel propter conscientiam hominis iam sanctam,
 iam poenitentem.

Vel propter ordinem, quem homo in vita seruat,
 iam discipulus, iam proficiens, iam magister.

Vel propter mercenariorum diuersitatem, bene vel
 male Deo seruentium.

Vel propter leges ac status diuersos in quibus vire-
 runt homines: vt legem naturæ, legem Moïsi, legem
 Iesu Christi & gratiæ; ac propter alias infinitas ratio-
 nes, quas acutior post me aliquis adferet (vt intelligo
 nuper

nuper à quodam meum Prodigum Parisiis pro con-
dione recitatum, compilatum, mutatum, accisum, ad-
auctum, perfectum, vt omnes aliena mutauimus, & quia
bene placuit, magnus Henricus Rex, aliquoties eo-
dem libens concessit, ac noui ipsius labores, in anti-
quis meis ædificantur fundamentis: foeliciter illi, ce-
datque prospere: mihi pars cedit fructus.

Certissimum est iuxta diuersos hos respectus, diuer-
so opus esse pane, aliisque rebus homini necessariis.

Ac primo quidem. Quis dubitat alio animam, alio
corpus pane pasci? non meministis quid responde-
rit Christus Satanæ. *Non in solo pane uiuit homo: sed in
omni uerbo quod procedit de ore Dei.* Vbi duas hæc par-
tes designans, panem communem dispensat corpori,
animæ uerbum Dei. *Scientia & ueritas & maxime E-
uangelica lectio, auditio, cognitio, suauissimus pastus ani-
morum.* Esetne possibile duas naturas adeo diuersas,
corpoream vnã, spiritualem alteram, eodem pastu
uiuere? Fingite si placet domi uobis esse belluam mul-
torum capitum, aut stabulum diuersis plenum animalibus,
(quale in diluuiò Arca Noe fuit) equis, leonibus,
canibus, ouibus, struthionibus, salamandris, &c. Om-
nibusne his eundem appones cibum, uel fœnum, uel panem,
uel carnem, uel ferrum, omnibus? Hæc comedent, illa mo-
rientur: quia non idem omnium est cibus. Da fœnum
equo & oui, manducabunt etiam nimium: interim
Leo, Canis, Struthio, salamandra, morietur fame, nec
gustabunt. Proiice carnem Leoni, & Cani, prandebunt
liberaliter; nec ullum qui adiuuet inuitabunt conui-
uam; interim equus & ovis, eam non tangent, nec car-
nem in carnem ingerent. Da ferrum Struthioni, come-
det; sed solus masticabit, digeret, uiuet; morientur fa-
ne reliqua. Appone ignem Salamandræ, insiliet &
trahet sorbebitque uiuas flammæ, & uiuet. *Nutrisco radini sol. 9.
& 10.*
extinguo. Fugient reliqua.

*Vide symbo-
la heroica
Claudij Pa-
radisi fol. 9.
& 10.*

Sic, dilectissimi, cum corpore & animo agitur. Le-
ge, attende, intellige uerba Dei, uiuet anima, non cor-
pus. Comede bene panem, uiuet corpus non anima.
Vnus esuris & alter.

T Pro-

Prodigus itaque noster, per suum abundantiam panibus, dicere voluit, seruos Dei, tam corpore quam animo ad saturitatem pasci. Secundum corpus nihil deest.

Psal.] *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius qui reus panem.*

Psal.] *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.*

Psal.] *Escam dedit timentibus se (Israelitis in deserto.)*

Psal.] *Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.*

Isai. 65.] *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis.*

Matth. 6.] *Quarite primum regnum Dei, & haec omnia adicientur vobis.*

Nonne populus Israel 40. annis in deserto pascitur a caelo praestito, ex pistano & penuario Dei abundantibus panibus inquam Angelorum, qui fabuloso nequitate Deorum erat suauior.

Elias in deserto, nonne a coruis pascitur, & panem subcineritiu, desperans ab Angeli manu accepit.

Daniel nonne in Leonum lacu quod pranderet accepit, rapiente Angelo nescio unde, & transierat Babylonem Prophetam Abacuc?

Christus Iesus, nonne post suam quadragesimam ab Angelis refectus? *Angeli accesserunt, & ministrabant ei.*

Matth. 4. Christus nonne saepe auditores suos esurientes raculose pascit, iam quinque, iam septem millibus tam copiose vt omnibus saturatis 12. superestentamentorum cophini? *abundant, abundant panibus.*

D. Hieron. S. Paulus Eremita, nonne dimidiatu quotidie duo panem accepit? & cum eum visita flet S. Ananias,

Pauli. nonne *militibus suis Deus duplicauit annonam* vt inquit S. Hieronymus.

In vitis Alius Eremita, nonne quotidie panem accipiebat candidissimum, quam diu puritatem mentis seruabat & conscientiae?

P. P. Quatuor Eremitae quos Paphnutius in Aegypto

Ibid. uocauit

uenit, qui Dominicis tantum manducabāt, nōne pro numero suo ab Angelis accipiebant panes, & cum superuenisset Paphnutius additus est quintus?

Et Romæ in *Ara cæli*, in conuentu nostro fratrum minorum; nonne durante fame publica, cum S. Didacus frater Laicus uiueret, omnium rerum ibi erat copia? De quo in matutinis nostris canimus, *in publica inopia apud pauperes omnia abundabant.*

Quid? Romani, tanti mercenarij, *animalia gloria*, propter morales solum aliquas virtutes, quas non adepri sunt diuitias, prosperitatem, rerum omnium abundantiam? *Receperunt mercedem suam* optime de illis dici possit. *Aperis tu manum tuam & implebis omnia animal benedictione.*

Quantum ad animam: quis non videt conuenientem partem omnibus à Deo copiose subministrari? Verbum vitæ, scriptum, inspiratum, & omnis generis instructiones? *Abundant panibus*. Primi hominesalebantur & instituebantur lege naturæ, optime tali pane, et si imperfecto, nutriti; pane subcinericeo scilicet, qui spiritualium rerum rectam continebat intelligentiam, sed pane ipsis conuenienti: *similes habent labra lactucas*. Successores ipsorum pane legis Mosaicæ tanquam hordeaceo, aspero, duro, graui, male cocto, parum sano: *panem ex hordeo*, inquit Plinius, *usitatum vitæ dānauit, quadrupedumq; tradidit refectibus*. Nihil ad perfectum adduxit lex, inquit S. Paulus. Accommodus tamen illorū stomacho. Nos alio pane Evangelij Christi, tanquam triticeo, tanquam similagineo, bene pisto, bene cocto, sano, succulento: *Cibauit eum pane vitæ & intellectus*, pane cælesti, pane Angelorum, expositione clara ac manifesta scripturarū, Prophetarum, & figurarum veteris legis; pane azymo, pura doctrina, proposita ab ipso saluatore, & Apostolis. *Leuit. 7.*

Pane infusæ sapientiæ, per aduentum Spiritus S. pane non fermentato, doctrina noua, & inaudita; aut etiam fermentato, id est, Euangelio veteris testamenti testimoniis interspersis; pane fidei pro intellectu; pane charitatis pro voluntate; pane spei pro

Plin. lib. 18. cap. 7.

Eccles. 15.

Leuit. 7.

** Bern. Buss. p. 2. Rosarij ser. 7. initio.*

memoria; pane illustrationis, & puræ veritatis, pro parte rationali, ac concupiscibili nostræ animæ. Pro amoris sancti, affectus casti, deuotionis & reuerentiæ in Deum, pro voluntate. Pane propositionis martirum, & iudiciorum Dei, ac inferni, pro memoria. Ecce quare dixerit *Panibus*.

Pro duobus statibus, viatoris scilicet & comprehensoris, quibus non *abundant panibus* fideles mercenarij Dei? Ut viatores nonne omnes prædictos habemus panes pro viatico? Primo verbum Dei, panis quotidianum, qui quotidie offertur. *Nam quod dicitur ad vos eram docens in templo. Habent Moyses & Prophetas. Habentes solatio sanctos libros. In omnem terram erit sonus eorum.* Christi scilicet, Apostolorum, & Lucarum. Biblia sancta, Moyses, Propheta, copiose panes suppeditant: & nostris seculis magis quam viquam verum est, mercenarij; *abundant panibus*, Christiani scilicet. Non enim iam ultra dicere possumus *quidem multa, operarij* (id est Doctores) *autem pauci*. Sed prope verum est contrarium: Doctores, meliores multi, seges rara, auditores pauci. Noua fere struenda sunt Ecclesiæ, noua extendenda noualia, noui creandi populi, vt locum inueniant omnes concionatores, qui tam feliciter ex omnibus ordinibus, aut nouis, aut renascentibus, & reflorentibus quotidie pullulant. *Roma domus fiet.* Omnia vertuntur in Ecclesiæ, & Monasteria. Omnes fere concionantur, & iam difficile vacas inuenitur cathedra. *In omnibus diuinites facti in illo, in omni verbo, & in omni scientia, &c. ita vobis desit in vlla gratia.*

1. Cor. 1.

Quid dicam de panibus doctrinæ, quos in super tota tota libris nobis suppeditat, omni lingua conlatum

Scribendi libros non est finis.

Tenet insanabile cunctos

Scribendi cacochætes.

Scribimus indocti doctique, poemata passim.

Præla eructant libellos novos, Doctorum cruminae suspirant vacuæ, tot nouis emendis; iam bibliothecarum asseres vix sustinet copiam. Catalogi Fran-

cofus

cofartentes vix recensent numerum; & putant non indocti præstare pauciores esse libros propter vitæ breuitatem. Nescimus enim vnde legere incipiamus & dum omnes volumus nihil facimus. Seneca l. b. i. Ep.

2. *Illud vide ne ista lectio multorum authorum & omnis generis voluminum habeat aliquid vagum & instabile.*

Nihilominus mercenarij abundanti panibus, viatores homines hac doctrina abundant: sed reuera abundant panibus, & cum pro dolor melius pascamur & doceamur quam vnuquã, incrassamur, & minus quamquam proficimus: viuentes in quibusdam peius quam prius, & minus solliciti, & impeditiores ad bona opera, quam antea; (si inspiciamus sinum nostrum & iudicemus nos ipsos.)

Climac. gra du 15. scala.

Quid debui facere vinea mea non feci, inquit Dominus. Et cum Deus nunquam celsi subministrare panes gratiæ suæ, vt viuamus benedicti panes azymos, conuersationis puræ, ac honestæ, sanctorum hominum exempla, quæ humiles manducat, & non inflati, qui nunquam se reputant iustos, quotidianis superna gratia reficiuntur alimoniis. Dicit Haymo, & post illum Albertus de Padua de Marone; *virtutibus & gratia donis.*

Haymo sententialiter, Pataunus vero iisdem verbis.

Albertus magnus hic: *veritate verbi, gratia virtutis.* Panis quo roboramur in via, & ambulamus ad montem Dei Oreb, vt confortati non cespitemus, offendamus, aut cadamus in peccata. Panis est præseruationis à peccato, tam vt præcidantur occasiones, quæ sæpe faciunt furẽ (ipsaq; furem præda vocat, optime

Ouid.

dicebat non nemo) quam vt roboremur gratia aliqua particulari, ad resistendum: qui *gloria virtutis eorum tuas multiplicabis in anima mea virtutem: tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me Dominus super donet manum meam: Angelis suis mandauit dote, vt custodiant te in omnibus viis tuis.*

Psal. 90.

Dominus Deus auxiliator meus: ideo non sum confusus.

Isaia 50.

Quia dat nobis cogitationes sanas, vt peccata nobis displiceant, & peste ac morte magis horreamus. Panis quo roboramur ad bona & meritorea opera,

Genes. 49.

animamur ad peccatorum odium, plus quam capitale, & ad temporalium rerum contemptum. *Quid mihi est in caelo, & à te quid volui super terram?* & toti rapimur desiderio aeternae foelicitatis. *Desiderio collumiternorum. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei.*

O qui & quam boni panes, viatoribus in sterili huius mundi deserto, 40. annis quibus in caelum & terram promissam tendimus? Quid faceremus miseri peregrini, nisi Deus impletet sitarcia nostra isto bis cocto? Habemus etiam panes subcineritios, sacramenta Ecclesiae, quorum signa visibilia sunt, inuisibilis gratia, & velata: maxime in sacrosancta Eucharistia, quae reliqua excellit Sacramenta. Vbi nobis datur panis carnis, supersubstantialis, panis vsu, non vilitate quotidianus. Pretiosum dico Domini corpus, panis viuus & talis. Panis sic dictus propter speciem externam, & apparentiam, panis propter contentum qui Christus est, de se dicēs, *ego sum panis vitae.* Panis dictus quia materia ipsius panis est, panis propositionis, qui à solis manducatur Sacerdotibus, & mūdīs, vt Sacerdotes, maxime à mulieribus. *Si mūdī sunt pueri, maxime à mulieribus.* Panis qui nunquam deficit, *nec sumptus consumitur: atque ita semper mercenarij abundant panibus.* Ad Sacramentum semper accedere possumus, *pauperes eius saturabo panibus.*

D. Thom.
Ioan. 6.

1. Reg.

Psal. 131.

O panis viuus, quis vnquam verbis tuam exaequet suauitatem, quis explicabit quot morbos cures animae, cum panis corporis ita medeatur corpori. *vt author est Plinius.* Quis dicat quomodo huius mundi peregrinos in suo exilio confirmes, *& panis cor hominis confirmet.* Hic panis est, quo Angeli in paradiso viuunt. *Panem de caelo praestitisti eis: panem Angelorum manducauit homo.*

Sap. 16.

Matth. 17.

Ea tantum differentia est, quod nos illum manducemus velatum, illi reuelatum, *Videmus per speculum in anigmate.* Vere panis filiorum non mittendus canibus. Imo panis est quo ipse Deus, tanquam ambrosia reficitur. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit.* Vere ambrosia, quae comedentem melius facit immot-

mortalem, quam fabulosa falsorum Deorum ambrosia, quæ ab immortalitate nomen putatur accepisse, ab a priuatiuo, & Bpov: mortalis, i. iamortalis. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Panis, qui vt manna super terram, sic in ventrem descendit Virginis. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuit, ipsum solum manet (ipse Dominus Iesus erat granum mortificandum, & multiplicandum, dicit S. Augustinus) In utero Virginali dico, vbi tanquam in pistino fuit, mistus ac pistus nostræ humanitatis aqua, & redactus ad pastam mollem, cooperante Spiritu Sancto. Virtus altissimi obumbrabit tibi, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Coctus in arbore crucis, tanquam in furno, tribulationum ignibus. Excoxi te in camino paupertatis. Extractus inde in resurrectionis die, remissus in Panarium Paradisi, in propria specie, die Ascensionis ad refectionem Beatorum: relictus tamen etiam in penatio Ecclesiæ, in substantia, sed non in specie propria, vnde Catholici semper viuimus. Cum interim Prodigus* hereticus moriatur fame, quia cum nobiscum noluit manducare. O panis, quantum ortu aliis præfata: illi enim de terra, tu de cælis es.

A summo cælo egressio eius.

Paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore.

Psal. 77.] Pane cæli saturauit eos:

Ego sum panis viuus qui de cælo descendi:

Pater meus dat vobis panem de cælo verum.

Quæ nobiliora sunt, cælestia an terrestria? quæ meliora supera an infera? Si res omnes patriam suam ac natium suum locum redolent, certe quæ ibi nascuntur nobiliora sunt, quam quæ alibi. Sic herbe montanæ palustribus salubriora sunt, etsi eiusdem speciei. Animalia quæ in montibus pascuntur, iis fere præstant quæ in vallibus. O quam excellentem, quam bonum, quam salutare & credere & dicere debemus panem nostrum Sacramentalem, ex altissimo Olympi monte, cælo inquam allatum, ex sinu, ex intellectu fecundissimo æterni patris.

Ioannis 3. *Qui de cælo venit super omnes est.* O panem

T 4 nem

Ioan. 12.

D. August. tract. 51. in Ioan. sub med.

Isaiæ 48.

* Hereticus prodigus. Vide tomum primum Academie.

nem origine nobilissimum! O panem perfectione
 energia multo præstantissimum! quis vnquam panem
 audiuit viuum, qui non solum conseruet vitam; sed
 qui vitam habet omnis vitæ principium, naturæ, gra-
 tiæ, & gloriæ. Hic ille est, dilectissimi, hic ille est, *ego
 sum panis viuus*. Quomodo enim non sit panis viuus,
 qui per sacramentalia verba corpus est Christi, & ani-
 ma per concomitantiam indiuisam post resurrectio-
 nem, qui Dei filius est & homo per vnionem insepa-
 rabilem, quam semel fecit humanæ naturæ, quam
 nunquam dimisit nec dimittet. Damascenus *quod se-
 mel assumpsit, nunquam dimisit*. Panis qui Pater est &
 Filius, & S. Sanctus, propter vnitatem substantiam
 tribus personis, quia nusquam persona vna est linea-
 lia. *In Patre totus Filius, & totus in verbo pater*. Panis
viuus, panis viuus; qui vitam in se habet, & gratia vi-
 tam aliis communicat, sicut panis corporeus vitam
 corpori. *Panis verus qui descendit de caelo, & dat vitam
 mundo: panis, qui vitam gloriæ dat & conseruat. Qui
 manducat hunc panem, viuet in æternum. Panis viuus
 & vitalis.*

*Eccles. Rom.
 in hymno.*

Ioan. 6.

Cogitate quid in paradiso potuisset gustatus arbo-
 ris vitæ fructus, si eum manducasset Adam: & facile in-
 telligetis efficaciorē esse ad immortalitatem crea-
 torem eius. *Ne forte mittat manum & sumat eum de
 ligno vitæ & comedat, & viuet in æternum: & emisit
 Dominus de paradiso voluptatis*. Verisimile est glorio-
 sius resurrecturos in corpore, qui hic aliquando
 pani communicarunt, quam illi qui nunquam. Panis
 adeo viuus vt fractus non minuatur, nec maculetur,
 nec dedecoretur indignitate communicantium, &
 administrantium; non magis quam solaris radius in
 fœtidam splendens cloacam,

Panis viuus, qui non tacta sustentat accidentia, vt
 terræ globus in medio suspenditur aere, ac monumē-
 tum ferreum inter magnetes, aut vt nubes in medio
 cœlo penfiles. Panis viuus & vitalis, quem sumat vni-
 sumāt mille, *sumptus non consumitur. Non deficiet panis
 eius*. Panis adeo viuus, vt includi vno loco ita non si-

Isaie 51.

nat, vt non sit alibi; nec ita ciboriis & sacris pixidibus circumscribitur, vt in aliorum panariis & mensis non inueniatur, in omni vbique fidelium societate. Panis qui non inflat, qui non germinet nisi virgines, & castitatem. Videre panem admirabilem in effectibus suis, dilectissimi. Sed quid dicemus de duratione eius. Alij panes facile mucescunt, atque ideo frequens bis coctorum vsus, & ex manna scaturiebant vermes, si illud secundū inueniret mane: sed hic incorruptibilis est, & corruptione præseruat. Quamuis enim accidentia *Exod. 16.* & species corrumpantur, natura tamē & essentia corporis Christi nunquam alteratur.

Quid? mortuus, sepultus, custoditus, corrumpi nō potuit in monumento: etiam resuscitatus, & gloriosus corrumperetur in sacramento? Nimis hoc absurdū. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Viatores ergo in hoc mundo *abundant panibus*, viuitur in Dei domo abunde, feliciter, suauiter.

Sed compræhensores quid? Et illi abundant panibus gloriæ & gratiæ consummatæ; eodem pane, non alio, sed alterato; aut potius non alterato sed detecto & in propria figura, quo sc. viuebāt antea, cum adhuc essent sicut nos Viatores: pane, non fidei, sed claræ visionis: pane, non spei, sed securæ ac latæ possessionis: pane amoris, pane quotidiano & supersubstantiali, cuius bonitas omnem superat substantiam, & quicquid nutriendi vim accepit. Panis qui indefinenter manducatur, qui largiter sumitur, & satiat, ac saturat sine fastidio: panis filiorum, panis Angelorum. (*Panem Angelorum manducauit homo*) imo & ipseus SS. Trinitatis: *cibus regius*. Idem enim Diuinitatis obiectum, Deum, homines, & Angelos beat. *Comedet semper panem super mensam meam.* *2. Reg. 9.*

Lucæ 14.] *Beatus qui manducauit panem in regno Dei.*

Hic ille panis est, de quo moriens prophetabat Iacob. *Asar pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.* *Genes.* Asar Hebraice beatitudinem significat, & quæ beatitudo nostra nisi Christus?

Vel quis ille panis, quem dabit Christus in paradiso regibus (i. beatis; omnes enim ibi Reges erunt, & coronabimur) nisi beatifica visio, quæ tota ipsius factio est & beatitudo.

Et notate: optime dictum *abundant panibus*: Deus enim ipsis erit omnia, sicut olim manna. *Panem vastasti eis omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Erit Deus omnia in omnibus*; Pan, Pan: abundant: sed vere, ac simpliciter. In cælo magna sunt conuiuia, magni conuiuatores: hic pitissimus cæcum, & gustamus: in cælo omnia liberaliter apponuntur, hic minutim fragmenta quædam, & micæ: illic nulla fames, sed copia. Vnde Propheta: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus: satiabor cum apparueri gloria tua*, i. quando ad satietatem tua maiestate implebor. Ibi cornu copiarum erit.

Psal.] *Replebimur in bonis domus tua.*

Psal.] *Inebriabuntur ab ubertate domus tua.*

Psal.] *Torrente voluptatis tue potabis eos.*

Isai. 66.] *Gaudete gaudio uniuersi qui lugetis per Ierusalem, ut sugatis, & repleamini ab ubere consolationis eius: ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.*

Auditur abundantiam. Omnes abundabunt, etiam si non omnes beabuntur æqualiter; sed quilibet secundum merita. Sicut in instructissima mensa, qualis est aut *Solis* apud Æthiopas, aut *Assueri Regis*, omnes saturantur, omnes abundant, quamuis non omnes æqualiter comedant, sed alius plus, alius minus, pro ætate, pro fame, pro capacitate stomachi. Fœminæ enim & pueri non comedunt quantum viri, nec senes quantum iuuenes, & inter iuuenes alius pernam vorat integram, alius bouem vno fere prandio, quos homines recte *baratra macelli* dixeris. Alij contra vno saturantur ouo, vno pullo, vna buccella, & tamẽ omnes à mensa bene pasti surgunt. Aut cum mulierculæ simul ad fontem vadunt aquarum; huius vnã, alterius amphora duas, alterius tres vel quatuor capit mensuras, & singulæ suas implent, quamuis non æque multum

rum capiant. Sic in Dei gloria omnes tractabuntur pro meritis, alius plus, alius minus, & interim minimus etiam abundabit; contentus optime, quia stomachus ac vasculum ipsius non plus capiet, i. meritis ipsius non plus debebitur, & desideria bene regulata, nihil ultra appetent. Sic de cœlesti manna. *Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant cōgregauerunt, dicit Exodus. Qui multum non abundauit: & qui modicum, non minorauit,* inquit S. Paulus de eadem re. Hic inter mortales, *omnis copia qua non est Deus meus, mihi est egestas,* inquit S. Augustinus in soliloquiis. Sic tanquam parui catuli viuimus de micis quæ cadunt ex cœlesti mensa: hic tantum panem habemus arctum, & aquam breuem, vt captiui, respectu mæsæ istius. Hic semper cum Prodigio vere dicere possumus: *Ego autem hic fame pereō.*

At de his nimium protraho sermonem: relinquam hic opus imperfectum, nondum enim proposui omnia quæ supra promiseram, & ne prolixitas onerosa fiat & patientiam vestram grauet, ac nimium iis subtrahat temporis qui viuunt in diem, & lucrantur panem, cras Deo volente reliquias apponemus. *Quod differtur non auferitur.* Ite in pace.

Amen.

Exod. 16.

2. Cor. 8.

D. August.
soliloq. p. 13.

Isaia 30.

CON-